UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Consiliorvm Sive Responsorvm Avgvstini Beroii Bononien. I. C. Praestantissimi Volumen ...

Cum Summariis, & Indice rerum, ac verborum locupletissimo

Pontificij iuris, Contractuum, seu Dispositionum inter viuos materias distinctè continens

Bero, Agostino

Venetiis, 1577

Consilivm CLXXVII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96504

Visual Library

fert ſubditis, & partialibus principis, dicitur principē
offendere Bal. in cap. 1. de pace conſtan. in ver. opizo
100 ni. & †rebellis dicitur, qui in crimine perduellionis,
ac læſæ maieſtatis, & inter hoſtes principis eſt conſti-
tutus, ut per Barto. in d. extrauagan. in uer. rebellis. &
ipſo iure talis dicitur à die criminis etiam ante, q̄ de
illo crimine procedatur, ut in d. extrauagan. habetur.
101 ¶ Ex quibus infertur, † ꝙ ſi bona dicti do. Alphōſi re-
bellis fuerunt ipſo iure confiſcata, ac illorū dominiū
fiſco dicitur abſq; alia traditione acquiſitum, ipſe Pa
pa dominus fiſci potuit dominium dictorum bono-
rum gratioſè, & liberaliter in præfatum do. Pyrrhum
transferre, prout motu proprio ipſius fecit, ut in bre-
ui apoſtolico cōtinetur, ueluti probatur in d. l. 1. ibiq;
Bar. C. de petit. bon. ſubla. lib. 10. adeò ꝙ abſq; alia tra
ditione actuali dominium illorum in caſu noſtro di-
citur in do. Pyrrhum tranſlatum, ut per Baldum in c.
1. §. inueſtitura. col. 2. de noua for. fidel. per textum in
l. omnes. & in l. bene à zenone. C. de quadr. præſcrip.
& in c. ſi tibi abſenti. de præben. in 6. Iaſ. in l. quoties.
C. de rei uendica. Nec aduerſatur, ſi diceretur, princi-
pē non poſſe rem alterius in alium transferre, niſi il-
lam fiſcus poſſederit, & tradiderit, Alex. in conſi. 52.
volum. 7. in 3. dubio per allegata ibi per eū, quia re-
102 ſpondetur, illud †uerum eſſe poſſe, quando rem, quę
eſſet alterius, transferre uellet, nam ex quo fiſcus, ſeu
princeps illam poſſidet, cenſetur dominus, & ideò
tunc illam in alium transferre poteſt, ſecundū quod
habetur in d. l. bene à zenone. & ita loquitur Alex. in
d. conſi. ſed qn̄ fiſcus, ſeu princeps eſt dominus, quia
bona ipſo iure per confiſcationem ipſi ſint acquiſita,
ut fuit in caſu noſtro per prędicta, tunc motu proprio
poteſt illa in alium transferre abſq; eo, ꝙ princeps ta
lia bona poſſederit, atq; tradiderit, quia hoc eſt com-
mune, & regulare in omnibus, ut quis in alium illud
ius, quod habet, transferre poſſit. §. per traditionem.
Inſtitu. de rerum diuiſio. & l. in re mādata. C. mādati.
In principe autem hoc plus eſt, ꝙ poſſit in alium ſine
traditione transferre, dummodo ſit uel dominus, uel
poſſeſſor. d. l. bene à zenone. Bal. in d. c. 1. Iaſon expreſ
sè in d. l. quoties. ubi in 3. col. plura adducit. & Bal. in
prælud. feudo. col. 10. ¶ Et ſequendo hanc concluſio
nē non obſtant allegata in contrarium, & primo, ꝙ
bannum ad notitiam do. Alphonſi non peruenerit,
quia reſpondetur, ꝙ poſt duos menſes à die publica-
tionis leges communes etiam præiudiciales incipiūt
ignorantes quoq; ligare, ut in auth. ut nouæ conſti-
103 tut. ſed †ſtatuta, & alia banna præiudicialia infra mo-
dicū tempus arbitrio ſuperioris ēt ignorantes ligant
ad not. in l. fi. ff. de decre. ab ordi. facien. & c. 2. de con-
ſtit. in 6. quia omnes ſubditi de bannis notitiā habuiſ
ſe cenſentur, Barto. in extrauagan. ad reprimen. circa
finem. & melius in l. omnes populi. ff. de iuſtitia, & iu
re. col. 13. ibi quinto quæro principaliter. & traditur
per canoniſtas in c. 2. extra de conſtit. ¶ Non obſtat,
ꝙ fuerit neceſſaria declaratoria ſentētia, quia ex prę-
dictis reſponſum patet. Præterea poſito abſq; ueri prę
iudicio, declaratoriā fore neceſſariam, dico, ꝙ adhuc
poſt mortem do. Alphonſi huiuſmodi declaratio ſe-
qui poteſt ad effectum, ut bona iam cōfiſcata poſſint
ꝯ hæredem de facto apprehendi per fiſcum, uel cau-
ſam ab eo habentem, in quē dominium propter con
ceſſionem Papæ fuit tranſlatum iuxta ea, quæ ſupra
104 ſunt dicta. Nam †quamuis regulariter delictum mor
te delinquentis extinguatur, & ad pœnam ꝯ hæredes
agi nequeat, tamen ſecus eſt in quibuſdam caſibus, &
maximè ī crimine rebellionis, & læſæ maieſtatis prin
cipis, ad not. per gloſam magnam. in fin. C. ex delict.
defunct. in l. 2. C. ſi reus, uel accuſa. & per gl. in l. 1. eo.
titu. & eſt textus cum glo. in d. l. ex iudiciorum. glo. in

§. per contrarium. Inſtit. de hæred. quæ ab inteſta
to. in l. qui à latronibus. §. 1. ff. de teſtamen. & glo.
& teſtamēto. C. de manum. teſtam. ubi memoria
minis, & delinquentis mortui poteſt ob crimē re
lionis, & læſæ maieſtatis damnari, ſeu declarari de
quiſſe. gl. in c. quorundam. 23. diſtinct. cum ſimil.
ubicunque pro delicto pœna bonorum eſt ipſo iure
impoſita, tūc delictum, ſeu effectus pœnæ morte de
linquentis non extinguitur, ſed ad hæredes delinquen
tis tranſit, ut uolunt Barto. & Bal. in d. tit. C. ex delict.
defunct. glo. in l. 3. §. quod autem. in uer. ...
fi. ibique Bart. Bal. & Ange. ff. quod quiſq; ...
dicunt Bal. Ange. & Imo. in d. l. qui à latro...
per textum in l. Caius. ff. ad ſyllanianum. & ...
bri. C. ſi penden. appel. mors interuen. & fac...
per Barto. in d. l. ex iudiciorum. ¶ Non obſtat ...
de bonis reſtitutioni fideicōmiſſi ſubiectis, ...
admittitur, ut conſuluit Alex. in conſi. 23. volu.
& in d. conſ. 3. volum. 3. ſed quoad alia bona do-
mini Alphonſi, & quoad bona feudalia, dic...
omnia ex cauſis, & rationibus ſupra deductis
Pyrrhum ſpectare debere. Et ita concludendum
in prædictis omnibus ſum arbitratus. Laus De...

S V M M AE.

1 *Nullitatis exceptio, quæ in continenti probari poteſt, ... inſtrumentum etiam guarentigiatū, & exequutionem ... habens ad illius exequutionem impediendam opponi ... num. 4. & 11.*

Et quomodo in continenti probari poſſit. num. 3.

2 *Statutum, ſeu lex de inſtrumento loquens intelligitur de ualido, non autem de nullo, & à iure reprobato.*

3 *Nullitas inſtrumēti quomodo, et quādo incōtinenti probari poſſit.*

5 *Inſtrumenti exequutio à nullitate ex dolo aduerſarij conſtante impeditur.*

6 *Tranſactio ſuper dependētibus à teſtamento facta ut ualeat, quid requiratur, & num. 8. & 24.*

7 *Diſpoſitioni l. de his. ff. de tranſactio. pacto, & conſenſu partium renunciari non poteſt.*

Nec per uerba generalia, & per renunciationem generalem, ... qua etiam de teſtamento in genere facta ſit mentio num. 10.

9 *Fideicommiſſo facto in teſtamento paterno, ſi de eo ſpecialis ... tio facta non fuit, non dicitur renunciatum ex eo, quod fratres ... diuidentes bona hæreditaria renunciauerint omnibus iuribus ... ſibi competentibus ex teſtamento, uel ab inteſtato, uel iure fi-deicommiſſi, ſeu ex alia quacunque ratione, uel cauſa.*

11 *Inſtrumentum de iure, uel ex forma ſtatuti exequendum ... poſt confeſſionem factam ob nullitatem, quæ euidenter ap-pareat, & in continenti probari poſſit, non eſt exequendum.*

12 *Teſtamenti notitia neceſſario non infertur, neque præſumitur in ... eo, qui aliàs ab inteſtato eſt ſucceſſurus.*

13 *Verba narratiua inſtrumenti inter contrahentes probant ...*

14 *Tranſactio ſuper depēdentibus à teſtamento eſt nulla, ... ex trāſigentibus aliquid de cōtētis in teſtamento doleat ...*

15 *Diſpoſitioni l. de his. ff. de tranſactio. an cum iuramento poſſit re-nunciari, adeo, quòd tranſactio ſuper dependentibus à teſta-mento ualeat abſq; eo, quod notitia teſtamenti, & contento-rum in eo ſpecialis habeatur, & illa uerba, ... inſpectis uerbis teſtamēti, ac ſimilia fuerint expreſſa ...*

16 *Legi prohibitiuæ utilitati ſubditorum prouidenti ... iu-ramento renunciari.*

17 *Diſpoſitio l. de his. ff. de tranſactio. ſuper utilitate publica ... principaliter fundata.*

18 *Cōtractus prohibitus rōne doli, & utilitatis publicæ iuramento ... firmatur. Secus ſi eſſet prohibitus pp alias priuatorū utilitatem ...*

19 *Iuramentum habet uim caſuum ſpecialium, & operatur, ut ... ualeat omni meliori modo.*

20 *Iurans non cōtrauenire ſimpliciter, & generaliter uidetur ... ni remedio, per quod poßet contrauenire, in genere ...*

21 *Opinio communis ut diſcernatur, non ſolum numerus, ſed ... auctoritas doctorum debet attendi.*

22

24 Opinioni doctorum conflictu dato, illi tanquam communi eſt ſtā-dum, quam glo. inclinat.
25 Renunciatio cum iuramento facta non includit caſus, quos renun-ciatio iurata non includeret.
26 Iuramentum generale ſolum ad illos caſus trahitur, ad quos diſpoſitio iurata trahi potuiſſet.
27 Et ſic ad caſus cogitatos, & cognitos, non autem ad incogitatos, & incognitos.
28 Iuramentum tres comites, uidelicet ueritatem, iudicium, & iuſtitiam habere debet.
29 Iuramentum circa incognita uerſari non præſumitur.
30 Alex. in conſ. 11. uolu. 2. & in l. qui romę. §. duo fratres. in 5. q. Bart. ff. de uerb. oblig. reprehenditur.
31 Verba generalia non includunt ignorata, & incognita à teſtamento dependentia.
32 Iuramenta generalia, & clauſulæ generales ſecundum naturam contractus principalis regulantur.
33 Clauſulę generales, & iuramenta generalia, ac pręgnantia ex ſtilo quodam notariorum abſque eo, quod contrahentes de illis cogitent, apponi ſolent, & ideo leſionem maximè enormiſſimā ingerere non debent, nec excludunt illa remedia, quę contrahentes uerisimiliter ignorare pręſumuntur, & nu. 35. & 60.
34 Venditor equum, uel aliud animal ad defectum, quē ſpecialiter habet, reſtringere debet, aliàs tenetur, licet dixerit ſe uendere pro problematico, dolente, & habente omnes defectus.
35 Ammonitio quo quis diſpoſitioni l. de his. ff. de tranſactio. renunciauit, abſolutio & relaxatio peti, & dari abſque alia iuſta cauſa quam leſione poteſt.
37 Contractus, qui ſolo iuramento ualidus ſuſtinetur, tollitur, ac nullus, & inualidus remanet, iuramenti uirtute per abſolutionē, ſeu relaxationem ſuperioris ſublata.
38 Inſtrumentum habere exequutionem paratam de quo iuramento uidetur.
39 Diſpoſitioni l. de his. ff. de tranſactio. etiam cum iuramento renunciari non poteſt, quādo in tranſactione lęſio magna, & enormis, & doloſa deceptio interuenit.
40 Enormiſſima læſio quę dicatur.
41 Dolum etiam committit is, qui ſcienter tacet id, quod erat in cō-tractu exprimendum, & num. 43.
42 Ambiguis & captioſis uerbis uti non debemus.
43 Dolum facit, qui contrahendo ſcienter id tacet, quod contrahentem fortè à contractu retrahere potuißet.
44 Dolus manifeſtus ex enormiſſima lęſione arguitur, & nu. 52.
45 Iuramentum non confirmat contractum aliàs inualidum, quando dolus ſaltem ex propoſito adeſt, & num. 47.
46 Dolo, non obſtante iuramento, etiam abſque abſolutione impetrata contractui poteſt contraueniri, & num. 47.
47 Tranſactioni iuratæ propter maximam, & enormiſſimam læſionē contraueniri poteſt.
48 Actio cui datur ad repetendum ſolutum, ei multo magis exceptio ad impediendam ſolutionem dabitur.
49 Reſtitutio in integrū aliàs tēporalis, & quadriēnalis pp lęſionem enormiſſimam efficitur perpetua, & per annos triginta durat.
50 Renunciaſſe omnibus caſibus fortuitis etiam cū iuramento non cenſetur caſibus fortuitis maximis, & inſolitis renunciaſſe.
51 Filia à patre dotata etiam enormiter læſa non poteſt dicere ſe incōpetenter dotata, nec ad ſupplementum dotis agere, ſecus ſi exceſſiuè incompetenter dotata, & ſic enormiſsimè læſa fuiſſet.
52 Doli præſumptio ex enormiſsima læſione ceßat, quādo quis expreſſè læſioni enormiſsimę renunciauit, & promiſit ob illam etiam non contrauenire.
53 Et quomodo hoc ſit uerum.
54 Dolo ex propoſito renunciari non poteſt.
55 Trāſactioni etiā iuratæ propter dolū ex propoſito cōtraueniri pōt.
56 Doli de futuro exceptioni etiā cū iuramento renuntiari non poteſt.
57 Tranſactioni etiam iuratæ poteſt ratione maximę, & enormiſſimę læſionis contraueniri, etiam ſi per uerba multum pręgnantia quis cum iuramento renunciaſſet omnibus iuribus, priuilegijs, beneficijs legum, & exceptioni doli, ac promiſißet non contrauenire aliqua ratione, uel cauſa, etiam ratione dāni enormis, enormioris, & enormiſſimi, & ſupra num. 53.
58 *Iuramēto iura canonica nō aſsiſtunt, quādo fraus eſt ex parte illud recipiētis, & quādo deceptio enormiſsima re ipſa interuenerit.*
59 *Donatio in enormiſsima læſione in dubio non præſumitur, etiam ſi per uerba latiſsima, ac multum prægnantia læſioni, & damno etiam enormiſsimo renunciatum eſſet.*

EPITOME.

Diſpoſitioni l. de his. ff. de tranſact. non poteſt expreſſo partium conſenſu, & pacto renunciari; & tranſactio ſuper dependentibus à teſtamento facta ut ualeat, non ſufficit ſcientia, & notitia in genere teſtamēti, & contentorum in eo, ſed in ſpecie eſt neceſſaria;

Nec per iuramentum generaliter in inſtrumento tranſactionis etiam per uerba generaliſsima appoſitum diſpoſitioni d. l. de his. renunciatur, ſed ſolum expreſsè, & ſpecialiter.

Et ſtante enormiſsima læſione, uel doloſa alterius partis deceptione, tranſactio ipſo iure nulla, & inualida etiam ad impediendam eius exequutionē dici, illique, non obſtante iuramento, contrauenire poteſt, ēt ſi expreſsè, & ſpecialiter diſpoſitioni d. l. de his. necnō generaliter omnibus iuribus, priuilegiis, beneficijs legum, & exceptioni doli renunciatum fuiſſet, ac promiſſum non contrauenire aliqua ratione, uel cauſa ēt ratione dāni enormis, enormioris, & enormiſsimi.

CONSILIVM CLXXVII.

IN cauſa exequutionis inſtrumenti tranſa-
ctionis pro parte dominæ Iſottæ cōtra do
minū Ludouicū petitæ de iure concluden
dū eſſe arbitror, ꝙ ſtante nullitate dicti in-
ſtrumenti, quæ incontinēti ex eiuſdē inſpectione, ac
ēt ex alijs productis probari pōt, inſtrumentū prædi-
ctum non eſt contra dominum Ludouicū, ſeu eius fi
1 deiuſſorē exequendū, quia † contra inſtrumentū etiā
guarentigiatū, quod ex forma ſtatutorū exequutio-
nem paratā habet, poteſt ad exequutionē eiuſdē im-
pediendā opponi exceptio nullitatis, quæ incōtinēti
probari poteſt. l. 4. §. cōdemnatum. & ibi Bar. Alex. &
omnes. ff. de re iud. Bar. in l. 1. §. & parui. ff. quod vi aut
2 clam: † ſtatutum enim, ſeu lex de inſtrumēto loquēs
intelligitur de valido, & de eo, quod eſt inſtrumentū
in ſe ualidum, nō autem de eo, quod eſt nullū, et à iu
re reprobatum, quia tale nō dicitur inſtrumentū, vt
dixit Bal. in l. fi. in fi. per illum text. C. de litigio. et in l.
hac edictali. in verſic. hāc obſeruationē. C. de ſec. nup.
et traditur per Alex. poſt Bar. in d. §. et parui. nam nō
entis nullæ ſunt partes. c. ad diſſoluendū. de deſponſ.
impub. l. nam, et ſub conditione. ff. de iniuſ. rup. irrito
que teſtam. cum ſimilibus. et faciunt, quæ habentur
3 in l. 2. et fin. C. de edic. diui adr. tollē. Et † nullitas incō
tinenti probari poteſt nō modo per inſtrumenta, et
cōfeſsionem partis, ſed etiam per teſtes. c. ueniens. ibique Innocen. de teſti. et c. literas. in fi. de reſtitut. ſpol. et incōtinenti dicitur poſſe probari uel arbitrio iudicis, uel infra illud tēpus, infra quod cauſa principalis, ſeu exequutionis expediri poteſt, veluti declarant Bar. Alex. Salic. et alij in d. l. 2. C. de edic. diui adr. toll. l. ſi is à quo. et ibi Bar. ff. ut in poſſ. legat. Bar. et Alex. in d. l. 4. §. condemnatum. Sed in caſu noſtro nullitas huius inſtrumenti poteſt incōtinēti probari, eiuſque cognitio altiorem indaginē nō requirit, tum quia nullitas eſt in negatiua fundata, et cōſequenter pro parte domini Ludouici nihil eſt probandum, iuxta ea, quæ habētur in l. ſi cum nulla. ff. de re iudi. et per Innocen. in c. cum in iure. de offi. deleg. Alex. in d. §. cōdemnatum. col. 1. et per Bar. in l. licet. C. de procur. tum quia nullitas euidēter ex inſpectione inſtrumenti conſtat, ut infra dicetur, et habetur per gl. in l. 1. §. hoc interdictum.

ctum.ff.de tabul.exhib.& eſt tex.in d.l.fi.C.de edic.di
ui adr.tollen.Bal.in rub.C.de prob. Pet. de Ancha.in
conſi.2.& in conſi.212.Abb.in conſi.54. lib.2. & ple-
nè per Alexan.in d.§.cōdemnatum. in prima limita.
& per Bald.in l.ex prædiis.C.de euictio.Dicitur enim
inſtrumentum tranſactionis in caſu noſtro nullum,
quia in eo non apparet do. Ludouicū habuiſſe ſcien-
tiam,& notitiam eorum omnium, quæ in teſtamen-
to do.Ioannis continebatur, & ſic iſta nullitatis exce
ptio fundata eſt ſuper negatiua, in qua excipiens fun
datam habet intentionem, ut traditur per Alex. in d.
§.condemnatum. col.1.Conſtat etiam euidēter nul-
litas illius ex inſpectione inſtrumenti, in quo non cō
ſtat, ꝙ do.Ludouicus ſciuerit teſtatorem feciſſe lega
ta, & relicta dictæ do.Iſottæ, de quibus mentio in in-
ſtrumento tranſactionis habetur, ſub illa cōditione,
ſi permaneret in uiduitate,& ad ſecunda uota nō trā-
ſiret,ut ex inſpectione inſtrumenti colligitur.Itē po-
teſt de hui uſmodi nullitate inſtrumenti,& trāſactio-
nis in continenti conſtare ex iam deductis, & apud
acta notarii cauſæ productis abſq; eo, quod aliæ fiāt
4 probationes: † ergo de tali nullitate potuit oppo-
ni ad impediendam exequutionē inſtrumenti, quod
habet ēt exequutionem paratā,ut uolunt, & conclu-
dunt omnes doctores in d.l.4.§.condemnatum.in d.
l.2.& fin.C.de edict.diui adria.tollen.& in c.ueniens.
per Innoc. de teſtibus. & ita in terminis noſtris, & in
inſtrumento,quod ex ſtatuto paratam habet exequu
tionem, & cōtra quod nulla poteſt opponi exceptio
ad impediendam exequutionem, uoluit Bald.in d.l.
ex prædijs. quem ſequitur Alexan.in d.§.condemna-
tum. col.3. dicens,ꝙ ad impediendam exequutionē
dicti inſtrumenti poterit opponi nullitas,quæ euidē-
ter, & incontinenti probari, & conſtare poteſt, & fa-
cit gloſ.in d.l.1.§.interdictum.in ver.imperfectam.&
Petrus de Anchar. in dictis conſiliis cum ſimil.ſupra
allegatis. Præterea † nullitas, quæ ex dolo aduerſarij
5 cauſatur,impedit exequutionem inſtrumenti,ut uo-
luit Petrus de Anchara.in d.conſi.212. qui hoc mul-
tipliciter corroborat.Sed in caſu noſtro,ut infra dice
tur,hæc nullitas fuit à dolo do. Iſottæ cauſata, ergo
exequutionē dicti inſtrumenti impedire debet. ¶Et
qm̄ tota uis pręſentis conſultationis in hoc conſiſtit,
an inſtrumentum tranſactionis factū inter do.Iſottā
ex una,& do.Ludouicū ex alia ſit nullum,quia ſi con
ſtabit eſſe nullum tali nullitate, quæ uel poſſit in con
tinenti probari,uel ex inſpectione inſtrumenti euidē
ter appareat, uel dolo partis cauſata fuerit, uera erit
concluſio tradita, ꝙ eius exequutio poſſit impediri,
& inſtrumentum huiuſmodi tanquam nullum para-
tam exequutionem nō habeat, idcirco pro diſcuſſio
ne huius articuli principaliter de tribus uidēdum eſt.
Primo an diſpoſitioni l.de his.ff.de tranſactio. & l.1.
§.ratio.ff.quemadmodum teſtam. aper. ubi eſt idem
tex. poſſit ſimpliciter pacto, & conſenſu partium re-
nunciari. Secundo,an illi poſſit renunciari cum iura
mento. Tertio, an in caſu, in quo per tranſactionem
quis fuit non modo enormiter, ſed etiam enormiſſi-
mè læſus, per ſimplex iuramentum de non contraue
niendo,& per renunciationē generalē, qua ipſi tran-
ſigentes cum iuramento renūciauerunt exceptioni
doli,& cuilibet priuilegio,& beneficio legis,dicat̄,&
cenſeatur diſpoſitioni d.l. de his.ita renunciatum, ꝙ
tranſactio ualeat ēt nō inſpectis, nec cognitis uerbis
6 teſtamenti.¶Redeo ad primum, †in quo concludo,
ꝙ ad hoc, ut tranſactio ſuper ijs, quæ à teſtamēto de-
pendent, facta ualeat, requiritur, ꝙ tranſigentes ha-
buerint ſcientiam,& cognitionem omnium, quæ in
teſtamento continentur,ſuper quibus tranſactū fuit,
alioquin ſi tranſactio facta eſſet non inſpectis, nec co

gnitis uerbis teſtamenti,tranſactio eſſet ipſo iu[...]
la in odium tacentium, & occultantium teſtam[...]
& fauore publicæ utilitatis, ut ultimæ uoluntat[...]
quutioni mandentur,ut eſt text.in d.l.de his.&[...]
§.ratio. Et ideo cautela eſt,ut in inſtrumento [...]
ctionis ſuper dependentibus ex teſtamento [...]
ponantur huiuſmodi uerba, uel ſimilia, viſis [...]
ctis, & cognitis uerbis teſtamenti talis teſta[...]
vt volunt Bar.& omnes docto.in d.l.de his.[...]
romæ.§.duo fratres.in 4.& 5.q.ff. de verbo[...]
7 † hanc concluſionem docto.legiſtæ, & c[...]
muniter,ac concorditer ſequuntur, quò[...]
ni d.l.de his.pacto, & conſenſu partiū ren[...]
poſſit, ut per Io.de Imo.in c. cū contingat[...]
ta.de iureiur.ubi hoc idem volunt Ant.& A[...]
fuit originalis opinio Iaco. de Beluiſo, & Ia[...]
quos ſequitur etiam Ang. & gl.in l. pactum [...]
redē.ff.de pactis.& Bal.in d.l.de his. quicqu[...]
rit gl.ibi quā docto.communiter reprobant[...]
tiam prædictā optimis argumentis, & ration[...]
borant in locis præallegatis,quæ cum inſpici[...]
8 aliter non referam.Solum dicam, ꝙ † in tātu[...]
ritur, ꝙ tranſigentes notitiam, & cognitionē [...]
de teſtamento,& contentis in eo ad hoc, ut tr[...]
ſuper illis facta dicatur, ꝙ neceſſario eſt cogn[...]
cialis adeo, ꝙ non ſufficeret cognitionē in gen[...]
buiſſe,ut in terminis uoluit Bart.in d.§.duo fra[...]
4.& 5.q.quem docto.cōmuniter ſequuntur:&[...]
net Io.de Imol.ibi in 2.q. dicens hanc eſſe com[...]
opinionē,quamuis Ang.ibi,quē Io.de Imol.refer[...]
& impugnat, uoluerit ſatis eſſe facere mentionem [...]
teſtamento in genere,nam ſecundū Imo.Bal.[...]
cōmuniter notitiam ſpecialis de teſtamento haber[...]
debuit,alioquin trāſactio non valeret,[...]
ad ea,quæ in teſtamento cōtinentur. Et Bar.in d.4.&
9 5.q.exemplificat,† ſi inter fratres bona hæred[...]
uidentes dictum eſſet, ꝙ ipſi renunciabant om[...]
iuribus ſibi competentibus ex teſtamento,[...]
ſtato,uel iure fideicommiſſi,ſeu ex alia quacu[...]
tione,uel cauſa,nam per huiuſmodi verba nō [...]
fideicommiſſo in teſtamento paterno facto [...]
tum, ex quo de teſtamento patris mentio in ſpeci[...]
cta non fuit,per d.l.de his. cui in ſpecie renunciari [...]
10 poteſt, ut eſt cōmunis doctorū opinio. Et [...]
verba generalia,& per renūciationē generalē, in qu[...]
etiam de teſtamēto, & de fideicōmiſſo in genere [...]
tio fiat,non poteſt dici diſpoſitioni d.l.de his.[...]
tum.ut ibi per Imol. cum qua opinione etiam Ale[...]
pertrāſit in d. §.duo fratres.in 5.q. Sed in termi[...]
ſtris facta fuit tranſactio ſuper dependentibus [...]
mento domini Ioānis mariti dictæ dominę I[...]
pro parte domini Ludouici nō fuit habita co[...]
neque ſcientia eorū, quæ in teſtamento conti[...]
tur,qa illi non fuit dictum, relicta, & legata fu[...]
cta dominæ Iſottæ in caſu, quo uiueret in ui[...]
& ſi ad ſecunda vota tranſiret, eſſet vſufructu [...]
relictis priuata,& d.Iſotta hoc ſciēter tacuit,[...]
loſè, & fraudulenter cōtenta in teſtamēto [...]
iuxta l.1.§. dolum.ff. de dolo. ergo tranſactio [...]
11 ſo iure nulla,& inualida.De † qua nullitate [...]
denter appareat,& incōtinenti probari poſſit, [...]
ex ſimplici inſtrumēti inſpectione,ſequitur, [...]
mentū, quod aliàs eſt guarentigiatū, & exequ[...]
paratam habere ſolet, non eſt etiā poſt confeſſ[...]
vigore dicti inſtrumēti factam exequendū, ut [...]
Bal.in l.ſi abſentis.in vlt.col.C.ſi cer.pet.per te[...]
ad hoc dicit eſſe ſingularem,in l.fi.ff.de conſtit.[...]
ibiq́ue Pau.de Caſt.qui adducit not. per Bartol[...]
d.l.1.§.& parui.& faciunt ea, quæ habentur per [...]
& Imol.in l.1.§.ſi quis ita. in vltima q. Bar. ff.de[...]

obliga. quidicūt, ꝙ ſi inſtrumentū ex forma ſtatuti
debeat propter guarentigiam, ſeu confeſſionem ex-
equi, inſtrumentū ſit nullum, nō poterit ēt facta cō
feſſione equi per tex.in d.l.4.§.condemnatū, & fa-
ciunt not. per Bar.in l. diuus traianus.ff.de teſta.
mili. Nec obſtat; quòd dominus Ludouicus, qui
fuit heres in teſtamēto D.Ioannis eius fratris inſtitu
tus notitiā, & ſcientiā de contētis in dicto teſtamen-
to habuiſſe præſumitur, atque cēſetur, ex quo fuit hæ-
res extraneus, per ea, quę uoluit Bar.in d.l.qui romę.
§. duo fratres.in 3.q.ac etiā ex quo tēpore factæ tran
ſactionis ipſa dom. Iſotta narrauit legata ſibi facta,
& explicuit ea, quæ in teſtamento ad ſuum fauorē cō
tinebantur, & propterea dominus Ludouicus promi
ſit ſoluere quędā legata eidem facta, & alia facere,
quæ in dicto teſtamēto continebātur, ex quibus ui-
detur inferri, ipſum ſcientiā contentorū, in dicto te-
ſtamento habuiſſe, quia reſpōdetur primo, ꝙ ex quo
dominus Ludouicus tēpore tranſactionis factę here
12 ditatē fratris nondū adiuerat, itē † ex quo erat fratri
ab inteſtato ſucceſſurus, nō præſumitur, nec infertur
neceſſario, ipſum habuiſſe notitiā teſtamēti fratris, p
ea, quæ in terminis uoluit Alex.in d.§. duo fratres.in
3.q. in quo militat eadē ratio, quæ facit, ꝙ filii noti-
tiā contentis in teſtamēto patris habuiſſe nō dicā-
tur, nec præſumātur, cū ipſi quoq; ab inteſtato patri
ſuccedāt, per ea, quæ habētur in l.eius, qui.ff.ſi cer.pet.
& per Bal. & alios in d.§. duo fratres. ubi hoc eſt de
mente & ita ibi uolūt Ang.Bal.Raph. & Alex. in
d.§. ſecūdo reſpōdetur, ꝙ licet ex relatione facta
per dominā Iſottā dominus Ludouicus potuerit ha-
bere notitiā de uſufructu relicto, & de aliis legatis do
13 minæ Iſottæ factis, quoniā † uerba narratiua inſtru-
menti inter contrahentes probant per ea, quæ uolūt
Bal. & alii in authen. ſi quis in aliquo. C.de eden. & in
l. ſcientiā. de uerborū obliga. tamē nō poteſt dici,
nec præſumitur habuiſſe notitiā de conditione lega-
torum, uidelicet ſi ipſa cōtinuè uixerit in uiduita
te, & honorē dicti teſtatoris. nā domina Iſotta de il-
la conditione nullā mentionē fecit: quia aut ipſa tūc
de illa notitiā nō habuit, & ex hoc ſequitur, ꝙ tranſa-
14 ctio nō ualuit d.l.de his. aut † de ea notitiā, & ſcientiā
habuit, prout in dubio eſt præſumendū, ex quo noti-
tiam habuit de legatis, & relictis ſibi in teſtamēto, &
ita affirmauit, & cōfeſſa fuit ſe teſtamentū uidiſſe, &
legiſſe, & argumēto eorū, quæ habentnr in d. l. qui ro
mæ. §. duo fratres. in d.3.q. & tūc ex eo, ꝙ tēpore trāſa
ctionis ſcienter, & ſic doloſè ac frauduleter de illa cō
ditione tacuit ad ea, quæ habētur per Bar. & doc. cō-
muniter in d.l.de his. tranſactio in odiū do. Iſottæ de-
bet dici nulla, quia de illa cōditione in teſtamēto ap
poſita dominus Ludouicus notitiā non habuit, pro-
ut in dubio nō habuiſſe præſumi debet iuxta, ea quæ
habentur in d.§. duo fratres. & in d. l. de his. & hæc
quoad primum dubium ſufficiant.

¶ Venio ad ſecundum, præſuppoſitā pro uero, prout
uerius eſt, ꝙ diſpoſitioni d.l. de his. expreſsè de cōſenſu
partium renūciari nō poſſit, & nō ſufficiat de teſtamen
to, & contentis in eo ſciētiam, & notitiā in genere ha
bere, ſed neceſſaria ſit ſcientia, & cognitio de illis in
15 ſpecie, ut ſupra cōcluſum fuit, † An cū iuramēto poſ-
ſit diſpoſitioni d.l. de his. renūciari adeo, ꝙ ſtāte tali
renunciatione iurata poſſit ſuper depēdentibus à te-
ſtamento trāſigi abſq; eo, quod ſpecialis ſcientia, &
notitia de cōtētis in teſtamēto habeatur, & in inſtru
mento tranſactionis fuerint expreſſa illa uerba, uiſis
cognitis, & inſpectis uerbis teſtamēti, uel alia ſimilia
idem importātia: & ſuper hoc dubio doct. uariāt, nā
legiſtæ uidentur uelle, quod etiam cum iuramento
diſpoſitioni d. l. de his. renunciari non poſſit, ita uo-
luit Bar.in l.cum hi.in fin.prin.ff.de tranſact. Bald. in
d.l.de his. Raph.in d.l.cū hi.& in l.qui fidē.ff. de tran-
ſactio.glo.notabilis in l.fin.in penul. glo. C. de rebus
credi.Bal.in c.cum inter.extra de renūcia. Soci. in cō
ſi.103.col.3.uol.3.& Angel.pulcherrimè, & copioſè
in ſuo conſi. 94. in fin.& hoc uidetur eſſe magis com
munis opinio legiſtarū, quā expreſsè amplectitur Iaſ.
in l.ſub prætextu col.2.in uer.tertio aduerte.C.de trā-
ſactio.Canoniſtæ uerò, ac etiā aliqui legiſtæ, ut fuit
Alex.in d.l.q romæ.§. duo fratres in 4.ſeu 5.q. ac etiā
in conſi.11.uol.2.tenēt, ꝙ cum iuramento poſſit di-
ſpoſitioni d.l.de his. renunciari, ex quo huiuſmodi iu
ramentū poteſt abſque interitu ſalutis æternæ ſeruari
per textū in c.cum contingat, cū ſimilibus, de iureiu.
ubi in ult.charta ita ī terminis uoluit Io. de Imol.qui
ſatis truncatè loquitur, nā approbat opinionem Bar.
tanquā communē in d.l.de his. ꝙ illi legi de conſen-
ſu partium non poſſit abſq; iuramento renūciari, ſed
cū iuramēto, attēta diſpoſitione iuris canonici, quæ
ad obſeruātiā iuramenti tēdit, benè illi renunciari po
teſt: Hāc opinionē ſequitur Anto.de Butr.in d.c.cum
contingat.col.5. & quidā affirmāt Bartolū quoq; hoc
idē uoluiſſe in l. ſiquis pro eo, in fi. uer.ff.de fideiuſſo.
quod minimè uerū eſſe dico, nā ibi nullā de dicta l.de
16 his mentionē facit, ſed quęrit, † an legi prohibitiuæ, q̄
utilitati ſubditorū prouidet, cum iuramēto poſſit re-
nunciari, & poſſe cōcludit, exemplificādo in caſu d.l.
cum hi.l.pactū.C.de pactis.& C.de colla.& in aliis ca
ſibus, de quibus ibi per eū.at de d.l.de his.nihil ibi lo-
quitur, quoniā ex dictis ab eo ſupra in aliis quæſtioni
bus ſatis ab illo deciſū erat, quid iuris eſſet in caſu d.
l.de his, & ex iis, quæ ipſe poſuit in d.l.cū hi. conclu-
dens, ꝙ nec cum iutamento poſſit diſpoſitioni d.l.de
his.renunciari: & quāuis d.l.de his.ſit prohibitiua cō-
tractus, non uiſis nec intellectis uerbis teſtamēti, ta-
men nō eſt ſimpliciter prohibitiua ſolū propter utili
tatem ſubditorum, ſed in odiū occultantium teſta-
menta, & propter bonū publicū principaliter, ut uo-
lunt Bar.& cōmuniter doc. antiqui, & moder.in d.l.
de his, & in l.tres fratres.ff.de pactis, & Bar.Imol. ac
ſcriben.cōmuniter in d.§. duo fratres.in 4. & 5.q. &
ibi Imol.in 2. q. quaſi circa finē illius §. at Bar.in d. l.
ſiquis pro eo in fin.uer.loquitur, quando lex ſimplici
ter ob ſolā ſubditorū utilitatem prohibet: & ideò po-
ſito, uerū eſſe, quod in caſu d. 10.q.Bar. in d. l. ſiquis
pro eo.in fi.uer.uelit, quòd legi prohibitiuę poſſit cū
iuramento renunciari, nō tamen ſequitur, ꝙ ſic poſ-
ſit renunciari diſpoſitioni d.l.de his, in qua eſt diuer-
17 ſa ratio, nā † diſpoſitio d.l.de his.dat certam formā, &
eſt fundata ſuper odio tacentiū, & occultantiū teſta-
menta, & principaliter ſuper publica utilitate, ueluti
atteſtātur Bar. & doc.in d. l.de his. & in d.§. duo fra-
tres.allegātes ad hoc tex. in l.ius publicū. ff.de pactis.
qui de huiuſmodi publica utilitate loquitur, ut p Bar.
& alios in d.l.de his: Qđ etiā clariſſimè demonſtraē,
nā ſi principaliter ſuper utilitate priuata, & ſecūdario
ſuper publica fundata eſſet, ſequeretur, ꝙ illi etiā de
iure ciuili poſſet etiā abſq; iuramēto ex ſimplici par-
tiū cōſenſu renunciari, ut cōcludūt gl. Abb.& docto.
oēs in c.in cauſis.de off.deleg.l.ſiquis in cōſcribēdo.
C.de pactis, & not.p gl.& doc.in d.l. ius publicū.cū ſi
milibus: Quod tamen eſt falſum, ut uolūt, & fatentur
doc.cōmuniter tàm legiſtæ, quàm canoniſtæ in locis
allegatis, ergo ſequitur, ꝙ diſpoſitio d.l.de his.princi-
paliter eſt in utilitate publica fundata. Ex quibus po-
teſt inconuincibiliter inferri, quòd illi diſpoſitioni
etiā cū iuramento renunciari non poteſt.c.ſi diligen-
ti. de foro cōpet.l.quemadmodū.C.de agrico.& cen-
ſi.lib.11. & habetur per Bar.in d.l. ſiquis pro eo. col.
3.in uerſi.ſecūdo dixi, & per canoniſtas omnes, ibiq;

Imol.

Imo.in d.c.cũ cõtingat.ꝗ uolunt,ꝙ legi prohibitiuæ
ratione publicæ utilitatis principaliter non poſſit ẽt
cum iuramento renunciari : Et huic rationi,quæ hẽt
fundamenta uera,& iuridica, non uideo poſſe reſpon
deri: Facit etiam ad hoc id,† quod uoluit And. Barb.
18 in conſi.2 1.lib.1.allegando not.per Paul. de Caſtr. in
authen. ſacramenta puberum . C. ſi aduer. uendit. ꝙ
quando contractus eſt ratione doli, & utilitatis pu-
blicæ prohibitus,non ualidatur iuramento.Sed tran-
ſactio facta contra formam d.l.de his.eſt prohibita ra
tione doli,& occultãtium teſtamenta, itẽ propter uti
litatem publicam,ergo &c.Sed Bart.in d.l.ſi quis pro
eo,in fi.uer. loquitur, quando contractus prohibetur
non ꝑꝑ publicã utilitatẽ, nec in odiũ aliquarũ perſo-
narum,nec in contractibus,in quibus a lege prohibi-
tiua data eſt certa forma,ſed ꝑꝑ alias priuatorũ utilita
tes,ut ibi per Bar.ergo ex illius verbis ibi ad caſum no
ſtrum,& ſic ad caſum d.l.de his.non eſt inferendũ,ꝗa
ex diuerſis non eſt bona illatio. l. papinianus exuli.ff.
de minor.l.inter ſtipulantem.§.ſacram.ff. de uerbor.
obligatio.& c.per uenerabilem.qui fil.ſint legitimi.
¶Illam tamen opinionem,ꝙ ei legi poſſit cum iura-
mento renunciari,plures ſequuti fuerunt,& maximè
moderniſſ.in auth.ſacramenta puberum.C. ſi aduer.
uendi.& quidam moderniſſ.in tracta. clauſularũ,ſub
rub.an autem legi de his.&c.& plenè Alex.in d.§.duo
19 fratres.in 5.q.nã ex quo† iuramentum habet uim ca-
ſuum ſpecialium, & operatur, ut actus ualeat omni
meliori modo.l.cum pater.§.filius matrem.ff.de leg.
2.Bar.in auth.matri,& auiæ.C.quan.mul.offi.tut.fun.
poteſt,& in l.ſi ſub conditione.ff.de teſta. tute. ſequi-
20 tur,†ꝙ iurando ſimpliciter, & generaliter non con-
trauenire,uidentur contrahentes,&iurãtes cogitaſſe
in genere de oĩ remedio, per quod quis põt contra-
uenire,ut habetur per glo.& clarius per Bar. in l.2.C.
de reſcin.vendi.& dicit Bal.in l.1.C.commoda.quòd
iuramentum habet uim ſtipulationis, & conſenſus.
Item diſpoſitio.d.l.de his. dicitur eſſe de iure poſiti-
uo,& ideò illi cum iuramento etiã generali renuncia
ri põt,ut ibi per Alex.& idẽ tenet Raph.in d.l.ſi quis.
pro eo.quia iuramentũ,quod poteſt ſine interitu ſalu
tis æternæ ſeruari,eſt ſeruandum, ut in d.c.cum con-
tingat.ibiq; Imol.& Ant.& profectò negari non põt,
quin articulus ꝑꝑ uarias doctorum opiniones ſit du-
bius.Sed tamen credo opinionem Bar. eſſe magis cõ
munem,tum ꝑꝑ auctoritatẽ eorum, qui cum Bar. te-
nent, illumq; ſequuntur, tum etiã ꝑꝑ numerum do-
21 ctorum,qui hoc ſequuti fuerunt.Et†in diſcernendo,
quę ſit cõis opinio,non ſolũ numerus, ſed etiã aucto
ritas doctorum attendi dẽt,ut dicunt gl.& ſcriben.in
c.ea noſcitur.de his,quæ fiunt à præla.c.1.de his,quæ
fiunt à maio.par.cap.& ibi gl.in terminis,quæ allegat
optima iura:& ita concludunt Abb.& Moder.in c.1.
de conſti.circa fi.& hanc opinionem,ꝙ cum iurõ di-
ſpoſitioni d.l.de his.renunciari non poſſit, ſenſit gl.
pen.in l.fin.C. de rebus credi.dicens, ꝙ ſicut non põt
fieri tranſactio ſuper dependentibus à teſtamento,
non uiſis,nec cognitis uerbis teſtamẽti.d.l. de his.ita
nec iuramentum deferri poteſt, niſi inſpectis, & co-
gnitis uerbis teſtamenti.Et ideò ab hac opinione,cui
glo.uidetur adhærere,non eſt in iudicando,& conſu-
22 lendo recedendum,qm̃†qñ datur conflictus opinio-
num doctorum,ſtandum eſt illi opinioni,in quã glo.
inclinat,tanquam cõi,ut uoluit Iaco.Butrig.in l.1.C.
qui pro ſua iuriſd.& ſequitur Bal.in l. hæreditas.C.de
poſi.in l.precib.C.de impub.& alijs ſubſtit.in l.quan-
quam.C.de ſenten.quæ ſine cer.quanti. & in l.fi.§.ne
ceſſitate,in 3.col.C.de bonis,quę lib.qui dicit adherẽ
dum eſſe gloſæ,ut rationi ueritatis, & idẽ Bald.in l.fi.
col.pen.C.de pœna iud. qui malè iud. & latè habetur
per Ioan.de Imol.in d.c.cum contingat.col.2...
li.in l. traditionibus.C. de pactis.inquit in dubio
adhærendum gloſæ, ueluti Bononienſes caro...
hærent.Et plura ad propoſitum cumulat And. S...
in ſuo conſi.60.col.10.in 2.parte: & hæc eſt co...
nis ſententia,ꝙ ſemper in iudicando,& conſu...
quando hinc, inde ſunt doctorum opiniones, ...
tentia gloſæ recedere non debemus, ut uol...
der.in c.1.col.penul.in 2.limitat. de conſti. ...
terea hæ opiniones concordari poſſunt, di...
cum,ut inquit Seneca, & refert Salice. in l. ...
C.famil.herciſ.qui benè diſtinguit, uer...
23 mus.nam†aut cum iuramento ſpecialit...
sè per uerba ſpecifica renunciatur diſpo...
his.& tunc ualeat renunciatio, & ita intell...
opinio (ſi cõis dici poteſt) de qua per Ant...
de Imol. in d. cap. cum contingat. & per ...
tenentes, quos ſupra retuli : & ita in indiuid...
& declarat do. meus Sozi. in conſi. ſuo 103 ...
uol.3. Aut renunciatio fuit generalis cum i...
to,ut quia renunciatum fuit conditioni inde...
cauſa,in factum actioni,de dolo, & omni ali...
& iuris auxilio, & beneficio &c.& tunc non ce...
renunciatum,neque hoc modo poteſt renunc...
ſpõni d.l.de his.ut trãſactio ualeat nõ aliter ...
cognitis uerbis teſtamenti, & ita intelligatur op...
Bar.Bal.Ang.Iaſ.& aliorum ſupra relatorum, ...
cundum do.meum Sozi. in d.conſi.103.ex quo di...
ni d.l. de his.non poteſt ſpecialiter renunciari, ...
cto.cõiter ibi, & in alijs locis fatentur, non dicetur ...
generalẽ renunciationẽ illi diſpoſitioni renunciari ...
quia uoluntas circa ſibi impoſſibilia uerſari nõ præſu...
mitur ſecundum Bar.in l.ſi quis ſub conditione.ff.de
condit.inſtit. & Bal.in l.fi.§. ſi quis in computatione.
24 C.de iure delib. & † Bart.in d.§. duo fratres in 4. ...
q.& Ioan.de Imol.ibi in 2.q.dicunt, ꝙ ad hoc, ut di-
ſpoſitioni d.l.de his.ſatisfactum,& illius forma obſer
uata dicatur,requiritur,ꝙ trãſigentes ſuper dependenti-
bus à teſtamento contentorũ in eo ſcientiã,& cogi-
tionẽ in ſpecie,& in indiuiduo habeãt, nec ſufficit ...
contrahentes in genere de illis cogitauiſſe, alioquin
